


colorchecker CLASSIC


+




x-rite

mm

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
(cm)





10634.

9083

XVIII 233 755.

Table des matières
en ce volume.

- 1^o. Joannis Diophilaci Historia machia page 1°.
- 2^o. Macarius Mutius de triumpho Christi.
- Matthæi Bossi de passione Christi sermo-
page 66.
- 3^o. Triumphus Christi carmine descriptus pœn
Macarium e Mutium page 9°.
- 4^o. Sapientia Christi a Dominico e Macario
carmine descripta page 98.
- 5^o. Baptista Marchio Historia flenda crucis
Iesu Christi page 132.
- 6^o.  Jesuida Hieronymi Siduan ad Petrum Do-
natum page 149.
- 7^o. Janus Seviriens Scrotorus de Quatuor, histo-
ria Passioni Iesu Christi page 164.
- 8^o. Petrus Gellius de morte Iesu Christi ad vi-
tam revocati carmen. page 168.
- 9^o. Sixtus Musæ pœniferales Majoris & Abdoo-
madoe dies exercitatio page 172.
- 10^o. Guicciardini l'apassione di Christo histori-
ata in rima Vulgari page 182.

- 11^o Po annis Ludovici XVII opuscula suo
Iesu christi triumphus. et maria
Parens eius ovatio page 196.
- 12^o Discorso del N. Giuseppe Cartino da
Chioggia &c. page 210
- 13 Discorso fatto dal Alessio Sorri e spra
miravigliosi e segni e miraculosi prodigi nella
morte di et N. Signore page 246

132

P. 6

IESVS CHRISTVS ::
BAPTISTÆ marchionis palauicini Episco-
pi Regiæ plogus i historiâ flédae CRVCIS
& Funeris domini nostri IESV CHRISTI
Ad Eugeniū quarū Romanæ Ecclesiæ Beatissi-
mum Maximūq; Pontificem.

m Ire pater quo sub populi pastore iubētur
Sectariq; deū: & certā sperare salutem
En tibi non auri facti: argenti ue talentum
Afferimus: nec gemmarū decus atq; nitorem
Marmoris: & totidem spirantibus æra sigillis:
Et sacratoz monumenta: & nomina patrum.
Deniq; diuitias nullas. quid enim locupleti
Donet inops rez: sed quæ fletissima nuper
Carmina: præduros christi miserata labores
Mens dedit: & sacris potuit dictare diebus:
Eugenio: hæc eadem tibi do pater alme: precorq;
Accipe sidereo: qui recreat omnia uultu.

INCIPIT HISTORIA ::

f Ilius omnipotens uenturi præscius æui
Omnia dinumerās: cū iam cōpleta dedisset
Doctrinæ præcepta suæ: non plura moratus
Prosequitur caros: & ab alto pectore fatur
Discipulos: hæc mœsta fr̄es celebrāda quot anis
Post biduū uentura dies: qua pasca piandū est:
Immino[n]to socii: atq; homis iustissima proles
Vt genus humanū reparet: cruce pēdeat alta:
Indicio: & falla sub proditione premetur.

1494
21 febr



In domo synphæ
coram qibz dolis
quibusq; Iesuq;
Iesu teheret et omi
derent

Ducbat rāndū in die
festo ne humilis fiat
Iesu in bethaniam
domus symonis leprosa
maria magdalena
vixit gestum
ad hoc ad qd p[ro]prio h[abitu]

Iesu oratio sup^o

Tuncq; sacerdotes primi scribæq; patresq;
Genis iudeæ : dominū cessisse uidentes:
E t dixisse : oculis fas non est cernere uestrī
A modo me:densi demū in penetralia testa
P otificis synphæ : media se nocte tulerunt :
Q uerētes quibz insidiis : qua ue arte : dolis ue
Hūc capere: atq; atræ possent dimittere morti.
T errebat sed festa dies : ne forte tumulus
S urgeret in populo:nimirū id rite cauebant .
I amq; in bethaniam leprosi ad testa Simonis
V enerat ipse Iesu: carisq; intentus amicis
T empore ducebat : nardisq; ferens alabastrum
A d se se mulier puenit : & illud apertum
I am discubentis domini i caput omne p[ro]fundit.
Hinc indignates aliqui pro talibus ausis :
M uslabant : ut quid tātaz effusio rerum
F acta: quod id numis potuit uenire trecentis
V nguentū & multis potuit succurrere egenis ?
Q uos inter medios Iesu ipse : o parcie tandem
I mmeritam uerbis hanc obiurgate sinistris :
I n me nāq; bonū placidūq; opus ipsa peregit .
S emper enī uobis aderunt (nō falor) egeni.
D ilspartire quibz pietatis dona queatis :
M enec habere pari semper ratione potestis,
Q uod decuit mulier fecit : prauenit: ut ante
V ngeret : & iusto strueret mea mēbra sepulcro
H ec nam uera cano : terraz ubi cunq; ferebuntur.
H og euangelium laudabitur illa quod egit

Domina

Nec mora præcipius scelerisq; doliq; magister:
Q uo sine nulla ualeat facti consertā nefandi
M achina eomponi: spirans cum fraude latentis
I nsidias: Iudam iuadit scariothis & ipse:
Q ui christi comitū unus erat:nec dignus honore:
I nfoelix nimis infelix. & iam magis ille
I nspirat furialem attimam: dirop; ueneno
C rimina cōdū plicans immania pectora compleat

I nde ubi concepit tristē sub corde ruinam
E t sathanæ letale malum:scelerisq; patrandi
V ile nefas: stimulis iudas euictus acerbis
S ubuolat ad patres: christi de rebus agentes
C onsilium:fidemq; animi sese obtulit ultro
E t uersare dolos & christum tradere morti
D ū sibi pro scelere īmani: rata premia: nūmos
T riginta argenti statuant: quo fecdere pacto.

L ætus abit: facinusq; atrox sub pectore uersat.
E t iam prima dies: cuius sub uespere edēdus
A gnus erat iudeorū de morte sacrandus:
V enerat: omnipotēs petrum simul atq; ioannem
C onuocat & pasca hoc rite ut seruare queamus
I te parate inquit:sed quo pater optime quo nos
I re iubes? uobis urbem subeuntibus unus
O ccurret: referens undaq; a fonte lagenam
Q uocūq; ille pedem intulerit: uos deinde subite:
V tq; locum nobis sacris domus hospes edēdis
E xhibeat: rogitate: & uos ibi cūcta parate.

Accelerant ambo pariter proniscq; feruntur

*Judas roptus de
morte Iesu*
133

Judas ad farēdotē

*pā dieb sabbān sub
rā vespere edēdus
erat agri 9 ianuā
p̄parans petro et iōann̄
m̄ ḡm̄z*

petr et Iōann̄

P assibus: & quæcūq; suo est ex ore locutus
I pse deus: sic inueniunt: sic iussa facessunt.

I nterea omnipotens: rebus iam rite paratis
I llo cum sociis se uesperinus agebat

D ifscumbit simul: atq; optatum pasca celebrat
B issen is cum discipulis: coramq; ita fatur.

O socii atq; iidem fratres per secula nostri:
Q uis mecum ante pater iocundū assumere pasca
Q uam patiar dedit ipse meus præfigite uestrī
M étibus hæc: & me cognoscite uera loquentem:
N on mihi uobiscum posthac: nō pasca uerendū
M anducare datur: donec per maxima quæq;
F ilius in patrio compleuerit omnia regno.

V nus erit tamen ex uobis mihi perfidus: unus
P roditor: unus erit caput horum et origo malorum

Ex templo turbati animi: simul inde paratēm.
T raftantēq; nefas pro se sibi quisq; requirit.

I nter eos etiam mota est ibi questio: quisnam
N aior apud dominū meritissq; acceptior esset.

T alibus absoluēs: quib; inquit gentibus illi
Q ui præstare uolunt reges ditione potētes

E t benefactores (qui præualuere) uocāntur.
N ó ita uos: sed qui maior uelit esse: minori

C onueniat: qui præcedit simul ipse ministret.
E t quisnam maior discubens an ne ministras!

V os meū intiudi per tot discrimina regz
E stis: nec partem tentator subruit ullam.

Q uo ueluti pater ante mihi decreuit: & ultro:

*Jesu nū xy discipulis
celebrat pasta*

Oratio Iesu

traditore notat

discipulis turbat

q̄sno de maioriua

*Jesu discipulis
us*

Communi

Sic uobis ego dispono regnumq; rependo.
Quos etiā mense mandētes atq; habentes
Statim superq; tronos residētes: israel omnem
Progeniem: cælo faciam spectaculū ab alto.
Sed quia nunc animo fallacē prodere cura est.
Ille inquā sedet in mensa: cognoscitis ille est.
Qui mandit pariter mecum: intingitq; catino.
Vadit enim ut scriptū est pura de uirgine natus.
Veh tamē huic qui tradet eū sine fine dolentii.
O q̄ illi scelus faulūq; bonumq; fuisse.
Si nunquam æthereas natus creuisset in aurā.
Tum iudas: sceleris ne ego sum molitor iniqui.
Aime pater: tantūq; nefas sandō excidit ore.
Ille autem dixisti equidem: nō ista profectio.
Nō me teq; latenter: dixisti & uera fateris.
Hic iudas ficto turbari pectore ceperit.
At dominus panē manibus cōprehēdit: & illū:
Sanctificans: pariter socios partitur in omniis.
Atq; ait: iste meis sit uobis corporis huius.
Vita caro: quæ pro uobis mactabitur una.
Hoc facite: & uestri memores este magistri.
Tum calicē accipiēs: alia est ubi gratia patrī.
Tollite uos inquit simul & gustate: meq;
Sanguine proluuite pia pedora: testamento:
Debitus iste nouo: pro uestri nanci salutē.
Multozq; simul dabitur per uulnera susus.
Nāq; (fatebor enim) nullo de palmite germen.
Post: ni forie nouū: libabo: in regno parentis.

134

Proditorē ostendit

Iudas Iesu
Iesus Iude

Mysteriorē faciat
pambū et vīng

Vīng

Nāq ibi irobiscū pariter libare : necesse est.
Protinus in summū cantarā laude tonante:
T orrentem cedron comitū stipante caterua :
T ransit : oliueti collēq̄ hortumq̄ ienebant :
Q uos inter medios : hac in me nocte luetis
T urbā ait : ut scriptū ē: quoniā pastore grauato
D ispergētur oves : sed ubi me lumine ruisus
C ompleto : uos in galilei regna præibo .
T u uero quē cura gregis manet accipe petre :
E n sathanas uos ipse modo uenat: ut omnes
V étilet in mortem segetis : sum mūta precatus
N e te per uarios casus rezq; tumultus
C ôturbet tua sancta fides : penitusq; telinquit :
T u fratres aliquādo tuos conuersus & ipse
C ôfirma & longe uestigia siste uagātum .
Petrus ad hæc: nū te dulcissime quælo magister
perasti sine me tantum perferrere labore?
Nō extrema pari me tecum posse putasti!
I mmo ego me sociū summis adiungere rebus
P olliceor . tecūq; una : succumbere morti :
Ad quē subridens paucis ita uirgine natus
G allus ait cantum geminata uoce sonor .
Nō prius ediderit donec ter me ipse negabes .
I lle sub hæc: equidē nō te pater alme negabo
N on si forte rapi tecūq; perire necessum est .
I dem ônes amor unus habet. mēs una sequēdā
S uppliciūq; pari : uel amare occūbeet sorti .
H u iterū omnipotens : cū uos & calceus ônes

Ovano Iesu de
fraga dīspu
lorū

Iesu petro

Petri Iesu

Iesu petro

Petri Iesu

omnes dīspud

Iesu dīspud

13

E t pera dimisso : nec habet sacculus : usquā
Desuit an ne aliquid uobis : pater optime nūquā
D ixerunt : quibz ergo inquit : iā proferat ille :
Qu i saccū tenet atq; perā : sed qui caret ipsi
I lle suam uandat tunicā gladiū q; minacem
C óparet . hic ego uos moneo : nā rēpore in isto
D e mē compleri que sunt iā scriptra necesse est.
S cilicet : & cū ipsi simul est numeratus iniquis
N ā quā sunt de me capiū mortalia finem
Ad quē discipuli : gladios hīc a spice binos
O domīe : ille iquit : sat habet : pariterq; recedēs
G ethsemani in uillā se se sociosq; recepit .
H isq; ait : huc fessos artus componite : donec
I lluc secedo magnum exorare parentēm :
E t secum assūmēs petrū iacobū atq; ioannem
I ā pauidus : languēsq; aīmi : moestusq; timore
T ristis ait mea nūc anima ē : turbataq; prorsus
D ū moriar : uictorq; optata in luce resurgam .
F ergo agit : & iā iam uigilate : & fistite mecum .
S ic ait : & quātum lapidis procedere iactus
E ualeat : diuersus ab his : aegerrimus ipse
P rocidit in faciem : uariop; angore solutus
L ógius arabat : sudor fluit undiq; membris
S anguineā in terrā guttaz more cadentum .
N uncius interea superis demissus ab oris
A ngelus orantiq; & consilia alta tenenti
A ffuit : & dictis animum solatur amicis .
I lle autē pater omnipotens pater optime dixit

discipulis
Iesu

gladij emendū

discipulis
gladij duo
Iesu
sedete has

et assumpcio petri
Iacobus et Ioannes
Iesu

gesta In motu
divinitatis

angeli dñi

Iesu pati

4

Si potes huc a me calicem percul aufer acerbum.
 Quod si forte iubes: estop haec tibi firma voluptas
 Huc demum experiar: sicut quae tua numia poscunt
 Attamen: & cari nutu genitoris eant res.
 His dictis deinde exurgit sociosque reuulit.
 Illi autem fractisq; animis: curisq; grauatis
 Folla soporiferæ prebebant membra quieti.
 Et petro aere alios: solam uigilare per horam
 Sic potuisti inquit uigilate: orate: necesse est:
 Nunc sanctis animis opus est: nunc mentibus aequis:
 Nunc oculorum acie: nunc omni pectore firmo:
 Antiquus ne uos tentator possit inermes
 Fallere: captiuos hostisq; abducere uictor.
 Nec uobis dubium est: quantum sit spiritus intri
 Pemptior: & quantum caro debilis atq; caduca.
 His uerbis reuocas animos: iterumq; recedens
 Si transire nequit genitor carissime dixit
 Iste calix: nisi percipiam: tua numina fiant.
 Atq; iterum rediens curis somnoq; sepultos
 Inuenit: & rursus sociis abit inde relatis
 Tercio sermonem ac supplex orauit eundem.
 Tu quoq; discipulos repetens: dormite quieti
 Epus adest. ecce hora iquid qua filius almus
 In sceleratorum manibus tradetur: eamus
 Surgite eamus: adest horrendus proditor ipse.
 Ecce autem iudas medio in sermone: planus
 Ummine conspicuus claro: & fulgentibus armis:
 Cum turbis primus se se referebat: ac ultra

et uenit ad discipu
 los et inuenit eos dor
 mientes et ait petro

altera uice abyp

ad discipulos ren
titus

terria uice abyp
dormite nunc

Iudas.

A duersis cū discipulis iesus iuit: & inquit. *Iesu quæ queris*
 Quem petitis? qui nazarea de gente magistrū.
 Respondet: corāq iesus: quæ queritis adsum.
 Proinīs attoniti mentes abierte retrosum *Vetrosum abierat*
 Subuersiq petunt terram: quem queritis inquit
 Christus item: dixere iesum de nazareth illi.
 Si me igitur: si caprū: inquit me ducente uultis:
 Hos sinit: & ualeant in libertate uagari.
 Ut qui scriptus erat: sermonē ēpleret ad unguē
 Quos mihi præstiteras seruauī indēnites omnes
 Nec mora proflīes iudas: post uerba salutis
 O scula libauit: quosq iam certa dedisset
 Signa prius sociis: dicens: cuicūq tulisset
 O scula: complexū adhibēs illum esse tenēdum.
 Tunc iesus: & quid ait facturus amice petisti?
 Prodit or ut tradas falso me polluīs ore?
 Tū uero iniiciūq manus: christop̄ prehēso,
 Exercent iras scœua de gente ministri.
 Nocte lupi ceu raptore quādo improba uētris
 Vrget & alta fames: mediis ab ouilibus agnū
 Corripiunt: fidæ dum pender ab ubere matris
 C eratimq aciunt rabiem miseroq nocenter
 Affigunt fauces: & leuia uellera carpunt:
 Ille humilis patiēsc̄p̄ silet: sic uirgine natum
 Circūfusa cohors rapit atq per omnia uersat.
 Hic uero exarbit petro dolor ossibus ingeos.
 Recipiat nam se ē medios: maloq̄ prehēsum
 Territat: & gladio fulgenti diripit aurem.

*hos sumit**Iudas opulo tradidit
filium hominem**Iesu Inde**manū impinguū
in Iesum
sumitudo**Petri pugna gladi*

Jesuſ petio

Quē postq̄ dominus misericordia p̄alīa uidie
 Pone animos inquit tumidos . nec lōgiūs ire
 Procedant : satis est p̄fusi sanguinis : ensem
 Vaginæ conuerte suæ : & depone furorem .
 Nam gladio quicq̄ ferit : gladio ipse feritur .
 Quē iubet ipse pater summi regnator olympi
 Sic ne bibam calicē ? non est patris ista uolūta
 Ipse mihi ingentem nūerum : plenaſq̄ cohortes
 Cælicolū dabit : atq̄ hostē premet uſq̄ rogatus
 Quomodo sanctoz poterūt præfigia uatum
 Impleri ? quia sic fieri uentura necesse est

anxientia

Jesuſ turba

Protinus auriculam propria radice locauit
 Mærentis serui iesus & tunc illa salutem
 Accipit solitam : cunctis mirabile uisit .
 Ad turbā dehīc cōuersus sine more furentē
 Omnipotens : iterbis compellat tallibus ultro .
 O nimium uesana manus : tanq̄ ne larronem
 Fustib⁹ & gladiis : & ahena luce corusci
 Existis ppere insontē cōprendere ? quid non
 Me tenuisti ait : dum templo iura docebam .
 Avis estis imane nefas : hac hora profecto
 Exitii uestri tenebræ est ista potestas
 Hos inter strepitus armoz : & talia uerba :
 Deserit ex templo socioz quisq̄ magistrum
 Diffugies : pedibus timor ipse adiunxerat alas .

Discipulorum figura

*Jesuſ ad annam
Inventus*

At christū intrea manibus post terga reuindū
 Turba furens animi primo deduxit ad annam
 Qui cayphaeq̄ sacer : & eum p̄alatus in annū

C ōſilium hebreis dederat dubitatibus olim :
V nū pro populo dandū caput esse prophetans .
C hristū autē quidā post ibat ephebus : amictus
S yndone : nuda super : fugitq; hac deīde relicta .

Tunc annas de discipulis rogabat : & eius
D octrina : qui respondes ait . omnia coram
E ffatus : uestris docui uos usq; facellis
Et sacri in medio templi : quo plebsq; patresq;
C ūueniunt : illis neq; clam neq; falsa locutus .
N ūc me quid rogatas ? hos consule : & ecce scientes
M ulti adiuncti populo fuerim quæcūq; profatus .

Vix ea fatus erat : uastis cum uiribus unus
S tūbus e famulis erūpit : & ipse lacertum
E xtendes : palma christi diuerberat ora .

P oncifci nostro respondes talia ! dicens .
S ustinxit iesus : & sedato pectori dixit .

S i male sum fatus : testes perhibeo nefandi :

Si bene : quid me(oro)cedis : quid criminē dānas ?

Tunc illum postq; ipse saris deluserat annas
P ontificē ad caypham iubet hos rapere īde ligatū .

A t bene seruantem domini uestigia petrum
(Pone subibat enim tacitus uentura uidendo)

P ontifici iuuenis bene notus in atria duxit .

Interea primi sacrorū infensaq; turba

C onciliū . infandos querebant undiq; testis .

Et cum falsidicū iam plurima turba subiisse :

S urexere duo : qui talibus ora resoluant .

Hic se posse dei templum rueret inquit : & illud

137

annas

iesu redit

parvula jesu

jesus ad myphā

diuine

pontifex Iesu

Iesu pontifex

Pontifex

*Xpo. Insulam
In domo rayhe*

Petrus

Ex in' per triduū : recidiū attollere muris .
Tum sacer insurgens p̄ceps : cōtraria sentis :
Quāta in te referunt inquit suadentia morte ?
Tuq̄ taces ! at enī magis & magis ipse silebat .
Ille iterū te te adiuro per numina dixit
Magna dei uiui : iam ediscere uera rogant :
Nū genus ipse tuum diuina ab origine ducis ?
Dixisti : summiq; patris sum uera propago :
Christus ait : uosq; haec infigite mētib; ēnes :
Ipse homis proles iustissima : cū patre summo
Filius adiunctus lateri dextræq; si debit
Virtutis : cæli uenietq; in nubibus alti .
Inde sacerdotū princeps incanduit ira :
Et sua dilacerans libi uestimenta proteruus
Stabat acerba fremens : & clamās uocib; altis
Blasphemauit ait : quid egēus adhuc ? qd egēus
Testibus ! audistis proprio quid dixerit ore .
Tum uero infeste circūstant undiq; gentes .
Et christo insultant : christocq; illudere cerrat :
Et turpi maculant sputo : pugniscq; uerendi
Ora dei sedant : requies haud ulla furori est .
Dic nobis : & enī mendax haud anie repus :
Quis tantū indigne faciem uultusq; serenos
Fœdauit : quid nam tantæ deitatis imago
Absecuit : qui cūcta potes ubi pristina uirtus ?
Talibus exacutunt iras : cōtraque silentem
Christū : multa modis iactant obprobria miris
Piospiciens uero domini per singula petrus

Dissimulat foris: & premit altum corde dolorem.

138

I gnea flamma fuit medio succensa theatri
V estibulo: hic frigens captabat turba calores
T empora solicite quos inter petrus agebat.

Hunc simul aspexit non longe ancilla sedetem
L uminibus tacitis uultum sub luce perrans:
V erbaq: dissimileq: habitum: sic uoce lacessit.
T u uere (hoc alter mihi non p suaserit ullus)
V nus & ipse illo cum seductore fuisti.

Ille negans hominem se se nouisse repugnat:

A llegaq: fidem: perstansq: immobilis hæret.

Fit mora: subsequitur stimulisq: incendit amaris

A ltera dehinc mulier uersantem plurima Petrum

D ic inquit: tua te galileum nāq: loquella

I ndicat: ipsius ne Iesu de gente fuisti!

R nrsus at ille negans: mulier quid iurgia iactas!

D ic meliora inquit: necq: enim cognouimus illum.

Nec longū interea tempus fuit: aspicit inde

T alia iactantem: nostris te ex hostib: unum

F eruere: cunq: Iesu miscentem prelia uidi:

I llius te te comes infelicis agebas.

A Estuat ille: magisq: negat: cecusq: futuri

C erte hunc quem memoras infausto nomine dixit:

N on aures oculi ue mei nouere nec unquam.

T um uero argutam diffudit in aera uocem

G allus: & admonitu Petrus deterritus alte est.

Conuerens se tunc ad Petrum lumina torqueat

O mni potens: uerbi non immemor ille magistri:

ancilla petro

petro

alba ancilla petro

levius petro

petro

Gallu raus

petri penitentia

E greditur: seq̄ ex oculis auertit: & acer
M̄cerore oppressus: multū sua crīmā damnans
In gemuit: & lachrimis humectat grādib⁹ ora.
Explicit liber primus. Incipit secundus.

Jes⁹ pilato hadi

u Enerat atra dies: mœstis inuenta quadrigis:

E t mortē & duros domini uisura labores
Cōueniunt quibus est odii sub cordib⁹ ingens
S acrosz primiç patres: scribaeç: senesç:
Plebei: capiuntç Iesum manibusç ligatis
P ræsidis excelsi ad faciem traxere pilati.

Iudas

Proditor interea (neq̄ enim cōsistere mē tem
C rimina sœua sinunt) sceleris sibi cōscius alti
I ndoluit fecisse nefas: nūmosç receptos
P rincipibus referēs: singulu concitus alto:
S anguinis heu iusti peccauit traditor inquit.

Judej Jude

Ast illi paucis ita respōdere: quid ad nos?
V ideris ipse, & tunc templo iacit æra: miserç
D iscedens iudas: laqueo se necit ab alto.

*Perrunia Jude
data*

Ergo sacerdotes illis hac lege receptis
N e liceat loculis redeūtes mittere nū mos.
C ōcordat: siquidem precium q̄ sanguinis esset.

A t̄q̄ ita consiliis agitatis desuper: agrum
E x illis figuli: peregrina in gente sepulchrū
C ōstituunt: & adhuc nomen sibi sanguinis ille
C āpus habet: nūc īpleta ē scriptura propheta
S cilicet: & nūmos hui terenos receperunt
A rgenti: precium preciati quem preciarunt
I srael a genitis: figuliç dedere sub agrum.

I anq̄ intromissus fuerat iesus : atq̄ pilatus
D isceret ut quales causas afferret in illum :
T am uesana cohors : medio se limine profert .
T alibus accusant omnes & crimina conflant .
V idimus hunc unum p̄hibentē iusta tributa
C æsareo pendi capiti : regemq̄ facit se
G étib⁹ & populis : sceptri moderamine rapto :
A sp̄ce nunc animis fiducia quanta superbis
I nsidet : quantūq̄ nefas turpí excidit ore
D ecernédū igitur cōtra: & genus óne parandū
S uppliciū: ut penas merito luat improb⁹ ónis .

H æc simul audiuit preses: sub testa recessit :

A d se seq̄ iesum duci iubet : atq̄ ita fatur .

A n pater ipse tibi deus est : ediscere uerum .

C ui iesus . hoc de me dicis te ne inquit ab ipso

A n ne alii tibi dixerunt? ait inde pilatus

N ûquid ego sum iudæus? tua te mihi porro

N atio traduxit plectendum immanib⁹ actis :

I nfelix quid tu potuisti admittere tantum?

C hristus ad hæc: haud i terris nec tempore i isto

E sse meum constat regnum. si sic foret : inquit :

H os ego: qui mihi sunt famulos i bella uocaré.

Ergone te regem facis inquit prætor? et ille

R ex ego sum dixit: subq̄ his uitalib⁹ auris

V t possem uero testem me afferre superno :

E micui.nam qui ex uero est : mea uerba capescit.

Quid uerū est inquit preses: nec plura locutus

R ursus ad hebreos se se exultit: atq̄ ita fatur:

139

J es⁹ rora solato
acrisatuv

pilatus iesu

J es⁹ pilatus
pilatus iesu

jesus pilatus

pilatus iesu
J es⁹ pilatus

pilatus /
quid est occuras
pilatus turbe

Huc hominē dura lāti sub sorte uocatis
Et quid enī contra est ausus cōmittere tantū?
Quid ue mali potuit crudeli ut morte premar?
Obnixi contra procedunt: oraq uerbis

Talibū exsoluit: iudæam nāq per omnem

I pse docēs: quātū huc galileæ distat ab agro
C ūmouet & populos magnis errorib⁹ implet.

I Ille galileæ quom primū nomen ad aures
P eruenit fari christū iubet an galileus

I pse foret: qua se postq de gente professus

I udicio magni herodis transmisit agendum:

V estimul infandæ fraudis conamina laudat:

A ut sinat: effugiens pprias in sanguine iusto

C ūmaculare manus: postq præsentia christi

E xoptata diu est herodi facta: profecto

L ætitia ingenti exultans: miracula ab ipso

C redebat se posse oculis spectare: nec unquā

C ūpellare deum. aut uerbis tentare quiescit

I Ille autē haud quaq stimulis crebrisue mouet

B landiciis: magnoq incepto ūmobilis hæret.

A stabant primi sacroq infensaq turbæ

S cribaz: inq deum facta atq infecta ferebāt.

N ec mora nec requies: herodes donec: et ūnis

D erisum spretuq: exercitus: induit alba

V este Ielūm: rursusq Pilati in iura remisit.

E x tunc propterea carus sibi factus amicus.

I amq magistratu turbis iterumq uocatis

P ūcius: inuidiæ non ipse ignarus eoz

Turbe pilato

pilato Iesu

Iesu pilato ad hero
dum matth

herodes letatq
ad iustitiam Zpi

herodes sperat se mi
rari vīsū a Iesu
Iesu herodi nō log

pontificis turbe

Iesu Iudiu = alba
veste et dimittit ad
pilato ex eo futh N
pilato et herodes amicu

pilato turbe et
pontificis dimittit

140

E xclamare inquit corā liber : atq; ita fari:
N on hominis nobis ad mortē causa reperta est
E x his firma satis : quibus culpatus : & eccs
N il etiam magni herodis iraq; minaq;
T urbarunt : leges nec sceptra horrenda severit:
S uppicio damna uerunt : sed iura virumq;
I nsontem erubuit : iuste nil mortis in ipso :
E rgo illum excipie & uesta sub lege caue.
N ó licet hoc nobis mactare in tēpore quēquam:
C oclamat iudea manus : sed legis habemus
P erpetuæ formā : qua debet iure necari :
N áq; deo fecit se se omnipotente reatum .
T alibus auditis timuit magis : atq; pilatus
I ntro se referēs : uide es christo inquit . at illa
H aud responsa dedit . rursusq; pilatus ad ipsum
T umhi nō loqueris nescis quia plena potestas
E st mihi utru m iubeam crucifigere : te ne solutū
I n libertatem dimittere ! tunc iesus illi .
C redo potesta ē nullam me aduersus haberes :
N i foret illa tibi a summo cōcessa parente .
P ropterea qui me tibi trādidit : ille reatum
M aiores trahit : & culpa uberiore grauatur
Et iam tum mallet dimittere pontius illum
N iclamans iudea cohors : haud inquit amicus
C æsar is es . nisi perfidiam compresseris huius .
O mnis enim : qui se regem facit obstitit illi .
H ecclimul audisset turbata mente pilatus :
E duxit christumq; foris : altumq; tribunal :

Judei pilatus

pilatus p̄f̄s

jesu lare

pilatus p̄f̄s

jesu pilatus

ponit cognit s̄p̄p̄y

judei pilatus n̄ c̄b

annoy cesars

pilatus duxi p̄f̄s

foras

Consedit medius in campo galbara dicto.
Tunc parasceues quasi sexta accesserat hora.
Ducq; sacerdotes in christum crimina iactant.
Ile nihil: nec ad hæc stultoz uerba resistit.
Mos erat: ex uincis unū quemcunq; iuberent.
Cives: prætori festo laxare sub ipso.
Tunc illis opere dedit: quem nā sibi mallen.
An iesum: qui christus erat: barrabā ue latrone.
Qui quodam scelere ante alios īmanis: & urbis.
S editione furens: ferro dehinc ciue perēpt.
Carcer adhuc scelerz pœnā expectabat iultus.
Turba fremit: resonat magnis clamorib; æther.
Cædatur iesus: & barrabas sit lucis in usu.
Interea coniunx residenti uerba pilato.
T alia significans: tibi nil iusto inquit & illi:
N anq; mihi diris se se obuoluere figuris.
Propter eū: & nocte hac turbarū uila sopore.
Cogitur & rursus populū tentare mouendo.
Pontius & uerbis pro christo affatur amicis.
Tum uero intuluit clamor: populq; furētis.
Verba fremit: crucifige illū: crucifige merentē.
Post ubi ne quicq; populum se tendere contra.
Prospexit magis atq; magis fieriq; tumultum:
Abliuit ipse manus: & ab huius sanguine iust.
Impollutus ego: uos deinde uidebitis inquit.
Ast illi contra refetebāt: illius immo.
Sit sanguis capiti nostro generiq; redundans.
Turba igitur metuēs: ut erat sua cuiq; cupido.

Chorus Iudiciorum
de barabba

Turba
quinto pilato

pilatus cognitus

Baraba

pilatus abliuens

Baraba sanguinis
etq; sanguis alios

Barabba pilatus

dimittit nos doni populo mendacis

Annuit & barabam merita ceruice ferente
 Exstiale iugum sub libertate pilatus
 Reddidit: atq; iesum qui nō peccauerit ūquam
 Tradideret ut populo sc̄uis cædebat. habenis.
 Iam medū stipata cohors suscepit & illum
 Occineā chlamydem regum gestaminis istar
 Induit: atq; manū firmavit arundine: tanq;
 Sc̄ept̄ū accepisse: tamē & regnare nequiret:
 Et rigidam statuunt spinaz i fronte coronam.
 E genibus nixi dicebant inclyte salus
 Rex iudeoz: consputis deinde saluis
 Fœdantes: baculo pulsabant & caput & iam
 Purpurea tunica spoliates protinus: illum
 Vestes sua operiū itez: ad poenāq; trahebant
 Proone crucem sibi gestantes: miserabile uisu.
 Tum cyreneum ueniētem forte Simonem
 Compellant: oneriq; pio dare colla paratus
 Tollere: post dominūq; cruce portare iubetur.
 Turba frequēs populi sequit̄ lacrimāsq; gemēs q;
 Precipue matres: quibus is: nō flere super me
 Hierusalem natæ: sed uos uestramq; futuram
 Fere decet sobolem: quoniam labēibus annis
 Tempora mox aderūt: possint quom dicere uere.
 Fœlices uerū: quarū non pignora norunt:
 Fœlices mammæ: quæ nō alimenta dederunt:
 Vobis tempus erit: quo perquirētibus: ullus
 Non dabit auxilium: nunc dicere quisq; ualebit
 Nos super o montes casum deducite: colles

141
 hōes sup̄p̄p̄p̄
 turbā m̄. Iesu

fālne rex Iudeoz

simo tyronis

Iesu sequever
 matres q̄b̄f̄f̄f̄

Nos operite: immoq̄ inuoluit flumina fundo.
Nempe hæc si in uiridi faciūt ac frōde uirenti:
Quid siet sicco in ligno & uirtute carenti?

Tunc etiā geminos secum adduxere latrones:
Cum christo simul ut crudeli more necarent,
Est locus egressus de nomine golgotha dictus
Ilic difficilis cultu lapidosaq̄ tellus:

Huc ubi deuenere ônes: sublimis ad auras
Erigitur duroq̄ in cespite construicur crux.

Tū uero horrendūq̄ & lamentabile factum
Cernere erat: cum presertim sublime leuatum.
Qui mare qui terras qui cælum numine torqueat
Expendit. huius penetrantq̄ manusq̄ pedesq̄

Sub ligno: duris & amara cuspidē clavis.
Protinus attollunt meritos hinc inde latrones:

Hic dextram christi comitatur: & ille sinistra.

Suspiciens autē cælum iesus: o pater inquit
Omnipotēs (neq̄ enī scire est cōcessa potestas
Quid faciat) (tanta est caligo) errantibus illis
Da facilis ueniam: atq̄ uolens ignosce benigno

Tūc etiā scelerata cohors: ne quo irrita uerba
Efluuerent: quæ iam predixerat ipse propheta
Vestē quæ domini fuit inconsutilis: atq̄

Vndiq̄ texta super: manibus rapuere cruentis
Sortitiq̄ supra: stabat populusq̄ patresq̄
Ptimoresq̄ sacerdotū: risumq̄ trahabant.

Multa super christo fanda atq̄ nefanda ferentes
Tunc ille es domini templū qui nō dubitaris

Lamentib

Golgotha

Cælum

Xp̄ + f̄ḡm̄

Lationib

Iesu patru
venerat

Vestib

furbe ar. solit.

xp̄

D iuuere : incipit tribus rursum edificare diebus ?
E igo age si summi uera atque electa propago
D iceris esse dei : si quid potes arte magistra
I n libertatem : e manib[us] te proripe nostris
S i bene saluasti reliquos : fac te quoque saluum
I n cruce preiorea causam titulique pilatus
S cripsata hebreis grecis uerbisque latinis :
Q ui modo iudaeus fueras rex unicus : idem
N azarea de gente iesus : cruce pedulus haeret.
Quod tunc iudaei scriptum mutare rogantes :
Non ita dixerunt : nec enim tua dicta pilatus
C osona sunt meritis : populum gentiumque uolebat
I udaeam premere imperio scripture loquatur :
N am nisi tyberium colit hierosolima regem .
Abnuit & scripto firmum iubet esse uigorem .
Aulus quin etiam simul ex pendebibus unus
D um stupet illatas patientem corpore poenas
A rgueat : atque iesum duris incessere uerbis :
H ac ait : o si te christum facis omnipotentem :
Q uid struis heu demens : aut quia spe sub cruce pedes
T e iam te saluum faciens nos eripe tecum .
Sed miserum dictis sic increpat alter acerbis
N one deum : quia supplicio tenearis eodem
N unc ne ubi uult quia cuncta portat : probe nec dum
P erfidiam & sceleris sentis periuria nostri :
I lle mali merius nihil est : nos dira meremur
C ūcta pati : & sceleres dignas expēdere poenas.
D e hīc se ad dominū uerēs : pater optime dixit.

142

christus xpi

iudaei & iudei

palaus q[uo]d sup[er]b.
latrones veni

Mer

Latro Iesu

Sub quo sola salus mihi iam misere te precari :
Cumq[ue] tuum regnum superaliquo aduenieris oras
Oro mihi facilis : nostriq[ue] hand imemor esto .
Christus ad h[oc] : tu ne dubita : nā uera uidebis .
O iuuensis fidei confidēissimæ nostræ .
N aq[ue] hodie mecum paradisi celsa tenebis .

Astabantq[ue] cruci pia mater : ienq[ue] ioannes :
Discipulus : cleophae magdalenaq[ue] maria
Quos inter fremitus & facta insana pauentes
His iesus aggreditur dicitis : ac talia mandat :
Discipulo matrisq[ue] cauens : fidissima dixit .
O mulier quoniam spes & solacia nostri
Sunt preclusa tibi : pro nobis deinde ioannes
Hic tibi natus erit : tuq[ue] hac assume parentem
Care mihi & serua : propriā quā deinde putauis
Perpetuo iuuensis : meritosq[ue] indulxit honores .

Sol & iam sextam persuaserat igneus horam
Cum subito obscura se se ferrugine texit
Inuoluitq[ue] diem tenebrosa moestus in umbra
Testatus domini mortem : inuisusq[ue] per omnis
Stat terras : donec mediū trascenderet axem .
Tūc iesus ingenti testatus ad aethera uoce
O pater omnipotēs ier[ez] q[ue] iterumq[ue] uocauit
Vt quid me tandem pietas tua magna reliquit ?
Dehinc itere filio o genitor coclamat ad auras .
Tunc subito accepit decurrit arundine miles
Proximus accedens : saturataq[ue] fellis acetum
Aite porrigitur silieni spongia christo .

Xp̄z Lxxviiij

apabat p[ro]m
mater et

Iesu[m] m[er]it[u]m
et iuuens

Sal

Tecumq[ue]

Iesu[m] p[ro]m in q[ue]
accedit s[ecundu]m m[er]it[u]m

fino

Quā quom libasset summotēus ore : profecto
Consumatum air est quicquid fuit ante necesse.

A tōq̄ iterz exclamās magna cū uoce precatur.
S uſcipe care pater : tibi quā pīer unicus efflat.
C ómēdatq̄ animā : tantū hoc neq̄ plura locuto.
L anguida colla cadūt : tenuesq̄ recessit ī auras.
S piritus : atq̄ crucē moribūdaq̄ mēbra reliquit.

T ūc uelū in gemīas uisum est discedere partis.
Quod tēpli ī medio primū penetrata regebat.

T erraq̄ cōremuit : duri mirabile uisu.

F rāgunc̄ lapides : & aperi multa sepulchris.
C orpora sanctoz̄ : discussa morte uirosz̄ :

S urgebant somno passim : se sc̄p ferebant.

H ierusalem uersus : miratibus obuiā multis.

T alia centurio : quiq̄ in statione manebant.
S eruabantq̄ crucem cernētes . multa pausat :
D icebatq̄ : dei fuit hic cērissima proles.

I udæi interea post acta nefanda precantes

I n cruce ne festo remanerent corpora magno
P endentū : precibus summis adiere pilatum .

A nnuit ille : & quom trūisset crura latronū.

A tōq̄ iefum peterent . tam uitæ munere fundūt :
I n uolata sinunt : ast ordinis unus equestris.

V ulnere prætentans latus eius fudit : & ecce
F luxus aquæ puro sparsim cū sanguine manat.

H ac rē qui uulnus christo ūlir. onibz idē est.

T estatus : nāq̄ ut perhibet cecatus in annos.

C omplures : tali cōtactus sanguine uidit.

143
Consumatum est

Iesu partz
emissi p̄petuū

Neli p̄fusus

terremor

mortuū d̄fingit

Cenitrix

Genes petri
cyp̄a depouy

Lancet lauz p̄so
vare

Ob nō communis

Acq ut sanctoz plena essent carmina uatum.
S cilicet hēc : os ex illo non comminuecis :
A tōp alibi : dominū quē trāffixere uidebunt
V līma secreti fuit experīētia ueri.
Joseph pater mortuorum Iesu

nūdēm⁹

N ox erat interea ioseph pro sorte decem uir
E x arimathia : uir diues : clarus : amator
I usticē : quia & ipse Iesu carissimus olim
Discipulus fuetat : furiūm tienit : absq pilato
I mpetrat : ut cari corpus sibi donec amici.
Cōuenitq simul Nicodemus aromatha portans
E t miræ atq aloes centum fragmenta libraz .
S uscipiuntq iesum frigētem : & sindone uoluūt
L intea dant circum : miscētq in funere odores.
Ab cruce nō longe fuit horus ibiq sepulchrū.
P erpetuo excisum saxo : quo conditus unquā
N ullus erat : tali ergo iesum inclusere latebra.
E t finem hunc habuit rezq hominūq repertor

V t se quisq intelligat moriturum .

h Vc moriture ueni : rebus sublate secūdis :
I ngeniq petēs quisquis domīaris ī aula :
Q uicq sub illustri gaudes spem ponere regno :
E t tibi perpetuæ promitti tempora uitæ .
T eōp iesu exemplo formās : & tu quoq mortem .
D isce pati : mortemq ueni non asper in unā .
N on te cōgeries rutilantis uasta me tali
N ec tua lapsūrū cælo prolata iuuabunt
Mænia : formoso nec quāuis pectore formid
N omnia magnoz referas preclara parentum

*Omnibus
esse morti
dum*

Terraꝝ dominis necnō & regibus altis :
P auperibꝝ simul moriēdū est omnibus æque.

144

FINIS :

Eiusdem Baptiste Episcopi Regensis oratio ad
bearam uirginem : traducta ex Maria uirgine bel
la : uulgari cantilena Leonardi Iustiniani

Lma decus superum uirgo regina gradusq;
Quo datur ad summi tecta tonans iter .

A me luce tua funesta discute noctem
Quicquid & impuræ mēs meā lordini habet .

Virgo eadem pollēscit tui matrona parentis :

Vna dei genitrix filiaq; una dei

In qua se clausit quem nulla potentia rerum
Nec mare nec cælum uastatq; terra capit .

Tu mihi terrenas contra insidiiasq; laenitis :
Adsis præsidio consilioq; precor .

Hoc precor acceleres uirgo dilecta priusquam

Ingruit horrende mors uiolēta pede .

Etimiserata meos uirgo generosa labores :

Præsidio hæc animam erige diua humilem .

Nec quia de uili consent mea corpora limo :
Despice : quæ mundi regna superna tenes .

O matutinum sidus : lumensq; sereni

Verticis : humanū quæ bene uenit iter .

E unde tuos in me radios mitissima funde :

Errātem & fessam dirige diua ratem .

Nam patuit cælu tibi primum : & lapla repente

Gratia : clausa prius : te benedicta reple .

ad beatam
uirginem
marianum

L'abere niph'a polo : pariterq; ssundere nobis

Qui per te logas querimus usq; uias .

L'ibera te celsis adsciuit gratia rebus

Siellanti & folio te dedit illa deam

D a mihi te talē : nec mi uirgūcula peius

A ffueris : summis q; pater ante tibi

Quin etiā lacrimas tibi quas sine more cadentes

S pargo : precor sancto suscipe diua sinu.

S cis me cōgenerem : scis me pulcherria fratrem

Esse nec id fas est dissimulare tibi .

T olle moras igitur : pietas nam plena iacentem

Erigit & nullas nouit amica moras .

E t propera auxiliū nec sumnā differt ī horam :

Qui lupus errantem deuoret asper ouem .

D a dextrā misero: nequeā q; exurgeret nāq; hīc

Intrima me fallunt : hinc aliena premunt .

V rget prima caro tenerum: mox prelia mūdus .

D uplicat & fremuit uexat utrīcū leo .

T errita mēs pauitat tristis tantos debilis hostes

Quā se nō sentit uiribus esse parem .

N ec igitur clipeum te pone ad prelia uirgo

Quā sera te contra iugiter arma ferunt .

D a fidei uitam : superiq; parentis amorem

A tōq; hominum : da me noscere rite queam .

D a ueteres culpas flere : & puduisse nefandi .

T ale queam rursus ne cadere in uicium .

S emper & o presens adsis mihi nocte dieq;

N e recidam fessus & genua ægra trahens .

Mecq sub extremo mortalis cardine uita :

Fer tecum ad superos regia uirgo polos.

:: FINIS ::

LEOnardi Iustiniani Moralis Cantilena

m Aria uerzene bella.

Schala che ascendi e guidi al alto cieco.

D a mi lieua quel uelo.

C he fa si cieca lalma meschinella.

V erzene sacra del to padre sposa.

D e dio sei madre e figlia.

O uaso picolin in cui ripossa.

G olui chel ciel non piglia.

O r me aiuta e conseglia.

C ontra i mondani moki ascosi laci.

P rego te che te spaci.

N ancio chio mora o uerzeneta bella.

P orzi soccorso o uerzone gentile.

A quista alma topina.

E non guardar chio sia terror e uile.

E tu dal ciel regina.

O stella matutina.

O tramontana del mondani uiazo.

P orzi el tuo sancto razo.

A la mia errante e debel nauicella.

E l ciel se aperte : & in te sola discese.

L a gratia alta e perfecta.

F tu dal ciel descendisti : e uien concesse.

A chi tanto te aspetta.

145

AMEN ::

P er gratia fosti electa
A si sublime & excellente sezo
D oncha a mi non far pezo:
D e quel che a ti fo facio o uergenella.
R eceui dona nel tuo gremo bello
L e mie lacrime amare:
T u sai chio ti som proximo e fratello
E tu nol poi negare:
V ergené non tardare
C he carita non suol patir dimora.
N on aspectare quel hora:
C hel lupo magni la tua pecorella.
P orgime aiuto chio per mi non posso
L euare: che altru me preme
L a carne el modo ogu'hor mi carga adosso
El lion rage e gemme
Si gran nemici e de uirtu son nudo
V ergene fame scudo:
C hio uenza quei che a ti sempre ribella.
D oname carita cuna fede uiva
Noticia de mi stesso
Fame chio pianza & habia in odio & schiuza
E l peccato commesso
E stame dognor da presso:
C he piu non cascha chio son straccho e lasso.
P oi nel extremo passo:
T irame suxo a la superna cella.
AMEN :: LAVS DEO ::

RECOMMENDATIO ANIMA

146

- in extremis cuiuscumque laborantis .
Si letus spectare uelis tibi forte propinquam
Mortem mente lege plenum dulcedine carmen .
Non morior dextram mihi porrige christe iacetum
Ecce tuam christe prefero fronte fidem .
En morior curam de me pia sume maria
Imperioque tuo demonis arma cadant .
En morior Michael cælestis miles adesto .
Vt reprimas hostes nunc meus esto pugil .
En morior christum pro me Baptista rogato :
Vt crux abstergar sordida quæcumque suus .
En morior princeps cum sacro Petre senauit .
Portas nunc resera clauiger æthereus .
En morior sancti quos mors speciosa coronauit
Vt mea sit grata mors rogitate deum .
En morior sancti quos iam sacra mensa cibâuimus
Me uestris meritis : quæsumus iuuate reum .
En morior Sancti quos sanus sepe rogaui .
Iugiter insidias demonis eruite .
En morior cuncti nunc intercedite fratres .
Vt mihi condonet debita quæcumque deus .
En morior cunctis dimito debita corde
E tuos laxate debita quæcumque mihi .
En morior quæcumque demon tentamina sufflet :
Constans in fidei stipite non timbo .
En morior nullam pro factis spero coronam .
Sed ueniam : christi passio sponie dabit .

Moxitius?

En morior. quāq̄ fuerit mea crīmīa multa :
Lotus in christi sanguine lētus ero.
En morior grauibus teritur nūc hēc caro pēnīs
Purior egrediar : si luo nūc merita .
En morior. quantum mihi confert gratia c̄hristi
Vt sibi conformis corpore in hoc patiar.
En morior. Christus sumpli post uulnera c̄elū
Scandens per christi firma firmus eo .
Fn morior. christus p̄ me fuit ipse pemptus
Gaudens in christi stigmate suscipiar .
En morior. christi iam sacramēta recepi :
Firmus diuino pignore tutus ago .
Fn morior. mors iam lētū me redde creanni .
Scandere nūc uitam morte cadente puro .
En morior. solitus diuinās promere laudes
Sperans in c̄elis psallere nūc propero .
En morior. præsens hēc mors ē mox moritura
Vt suar aeterno lumine nūc obeo .
Hoc uerbum morior iam mihi dulcessit in ore .
Nam mors nūc moritur : uitacq̄ uere datur .
Non morior proprie : sed proſus dicor obire :
Ob uitam stablem morie solutus eo .
En morior nō sperno mori. mors carnis adaptas
Nos uitæ c̄eli : psallite dum morior .
En morior non credo mori : sed uiuere semper :
Exue nūc carnem mens fruitura deo .
En morior. peregrina diu mens lēta repolce .
Æthereos thalamos . te uocat ecce deus .



E n morior. Fugiarq; sathā. nūc psallite semper
 Angelicis choris reddite me socium.
 E n morior iam christus adest mēs uicula resolute
 Poſce ſinum ſponsi ſanguine lota ſuo.
 F n uenio . mi christe deus : tua mors ueneranda
 Det mihi nunc uitam . purget & omne nefas.
 E n uenio . rigidum iam nō formido tribunal:
 Nam iudex ſoluit debita quæq; mea .
 E n uenio . latus purgantes appeto flaminas .
 Per quas fit pietas insita iusticie .
 A mbas christe tuas uirtutes perfice quæſo :
 Sis pius & iustus : ſic tibi crescat honor .
 N o renuo poenas quas tu iuſtissimus infers
 Nam bene purgato christe dabis requiem .
 C onferat ipſa mihi ualidam tua mors pietatem .
 Iuſticiamq; piam det mihi poena breuis .
 N o decet ut minimū mihi clemētia perdat honor .
 Regula iusticie : ſit tamen ipſa minor .
 E xcedat pietas : extingat & ipſa rigorem .
 Ecce uocas uenio : uſcipe pastor ouem .
 P er mortem pie christe tuam mihi uita perennis
 Nunc datur : occurre christe beuigne mihi .
 AMEN :: TARwissi : xxi febr. M.cccc.xciij.

Regiſtrum Cartarum .

Iesu christus	Exclamare
Nec mora	Annuere
Sic uobis	Diruere
E t pera di	Quam cū?



HISTORIA FLENDÆ
CRVCIS

D : IESV : CHRISTI

E n monachis Egriensis regimur unde bellicosus fons
A ngesionem sponte confraternalis solimus
E n monachis tam clericis in ecclesia regimur
P olos fons bellicosus quodcumque fons illius
E n monachis tunc ducemus: sed non sicut antea
D e fuit tunc dux: sed non sicut antea
E n monachis dux: sed non sicut antea
M u n monachis fons: sed non sicut antea
E n monachis fons: sed non sicut antea
I n monachis fons: sed non sicut antea
A mba

Z e p i s t a C o n f r a t e r n i t a t i s
I ntra pone mandato ex parte fratrum deputatum
C onfessio fons ut in antiquitate et monachorum
I nmonachis fons deinde non poterit.
M ipso fons deinde non poterit. sed non poterit
I nconfessio fons: ut monachus non poterit.
E xodus fons: exodus ut fons non poterit.
E cce noctes nubes: nimbus noctis non poterit.
E cce noctes nubes: nimbus noctis non poterit.
B es monachus fons confitentia non poterit.
N on datur: oddit enim pugna nostra
A M N E T A R M I : hoc pugna M o n a c u m

R e g i s t r u m C o n f r a t e r n i t a t i s

I ntra pone Expositum
A d u n a
D u n a
G u n a



